



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrio, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio III. Quæ sit diuisio dæmoniacæ Magiæ, & de libris eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

illi in finu incomprehensibilitatis est vestigio collocarunt furtim, & sub præstigiarū crepundijis educandam. Quæ mox in grandiorē atatem adulta, iam pinnulus promunīta, euoluit in fatuorum arces ibi, modulans credulitatem peperit. Quæ utpote parentis beneficij grata, illam mutuū enuit, & quæ ut rite aegyptiæ, alioqui breui intereretur am.] Hæc ille, pari acumine & veritate. Pergamus nos quoque pro Veritate configere, & Vanitatem expugnare, & fugatis timore & impudentia, labyrinthum illum incomprehensibilitati (quis enim, quæ nihil sunt, vel intelligat, vel comprehendat?) Theologia veræ filo permetiri: & præstigiarum crepundij in lucem prolati, tandem fatuorum hanc arcam demoliri, & è nuditus suis credulitatè adeò perniciōsam profligare: quod utinam Deus Opt. Max. nobis largiatur.

QVÆSTIO III.

Quæ sit diuīsio demoniacæ Magiæ, & de libris eius.

 Vm nulla sit Theurgia neque alba Magia, sequitur, omnem, hanc prodigiōsam Magiam, non aliam, quam Goetiam & nigram: hanc solemus vocare Magiam specialem, eam Archimagus in duas, species distinguit. vnam, cuius cultores dicit se dæmoni submittere, ei sacrificare, & eum adorare: alteram quam ipse vellet persuadere à pacto cum dæmonibus immunem esse, sed eam dæmonibus vel nutis imperare, virtuteque quadam diuinorum nominum adiutatos aduocare, & cogere, priorem illam fatetur esse legibus humanis diuinisque vetitam, nefandissimam, & cunctis ignibus plectendam. posteriorem

A afferit, consequi quidem quod prætendit, nempe dæmones cogere (quod post ostendetur esse idoneum) sed tamen manu scitis periculis illusionum obnoxiam esse. De priore verum est eius testimonium, de posteriore bis mentitur: primo, dum negat eam nisi sacerdere cum dæmonibus initio: nam reuera semper expresso vel tacito pacto corrūpitur? Secundo, cū afferit ea dæmones cogi, de quo postea. Voluit veritatem huius Magiae inuentore suisse, quendam Mercuriū sic contra Symmachum. Prudentius, & Salubriensis li. i. Polycrat. c. 9. alij quendam Zabulum quem ego non alium existimo ab ipso cacodæmone, cui D. Cyprianus & alij Patres hoc nomen tribuunt) deinde magistrum laudant, quendam Barnabam Cyprium (hunc cōfinxere in contumeliam D. Barnabæ Apostoli, vt deformi sua meretrici lenocinarentur.) Item ostentant, paris mendacijs actantia, libros adæ, Abelis, Enoch, Abrahæ, Pauli, Cypriani, Honori, Alberti Magni, & aliorum, & blasphemè mentiones dicunt, quæ his libris continentur, ea fuisse tradita ab Adami custode angelo Raziele, & à Tobie Comite Raphaële reuelata. Prætexunt etiam Salomonis auctoritatem, cuius quandam Claniculam (quam egregiè refutat Bap. Segnitus lib. de vero studio Christiano c. 7.) & aliud ingens volumen in septem distinctum obtrudunt, plenum Sacrificijs & incantationibus dæmonum. Hunc librum Iudæi & Arabes in Hispaniâ suis posteris hæreditario iure relinquebāt, & per eum mira quædam atque incredibilia operabantur. Sed quotquot inueniri potuerunt, exemplaria iustissime flammis inquisidores fidei concremarunt, & utinam ultimum exemplar nacti fuissent a. Vix dubito aliquod in manus loan. Trithemij incidisse, unde & partitionem & materiam suæ

a Eimericus Dirctor inquisitor. p. 2. c. 28 & Penna ibi comment. 33. meminit Nicetas hist. li. 4.

Stega-

Steganographia, periculi & superflitio-
nis plenissimæ, acceperit, cuius operis
nomen, quod nondum prohibitis ab
Ecclesia libris sit insertum, suspicor ac-
cidisse: quia liber nondum typis vul-
gatus, in paucorum manus incidit: a-
lioqui, quando prohibiti libri omnes
Magici, satis iste prohibitis censendus,
qui inter alios familiam ducat. idem
dixerim, de Agrippæ libris *tribus de oc-
cultæ Philosophia*, & omnium pernicio-
sissimo quarto eorū postea addito &
edito: nec non de Thomæ Eboracen-
sis, Petri Aponi & similiū venenis, & li-
bri artis *Grimořia*: qui, Patrum nostro-
rum ætate, circumferebatur docens
mortuorum euocationes. Omnia ho-
rum placita sclesta, de antiquioribus
etiam illis operæ pretium duco Archimagi
verba ascribere. credendum illi
in arte sua, nec magistri auctoritatem
discipulis licet subterfugere. sic ergo
scribit: *Hi libri acutius intuenti præcepto-
rum suorum canonem, ritum, consuetudi-
num verborum, & characterum genus, ex-
structionis ordinem, insilīam p̄br̄simi, a-
perte se se produnt, non nisi meras negas &
imposturas continere, & posterioribus tem-
poribus à perditissimum perditionum artifici-
bus esse confitatos, ex prophanis quibusdam
obseruationibus nostræ religionis ceremonijs
permixtis, insitisque ignotis multis nominib.
ac signaculis, ut perterreat rudes &
simplices, & stupori sint insensati, & his
qui nesciunt bonas litteras.*] Hæc miser
ille, qui, videns meliora, in finem
vñque vita deterioribus
adhæsit.



A

QVÆSTIO IV.

*De basi Magia huius sine de pacto,
expresso, & implicito.*



Oncl. i. Omnes operationes
magice, velut basi, innitun-
tur pacto per magos cum
dæmonie inito: ita ut quorū-
cunque collibitum mago ali-
quid efficeret adminiculo artis sua, expresse,
vel implicitè teneatur à dæmonie poscere, ut
ex condicō concurrat.]

B

Probatur hoc primo Patrum au-
ctoritate. D. Cyprianus a dicit, eos ha-
bere fœdus cum dæmonie. D. Augustini
verba b retulit Gratianus in Decre-
torum codicem, quæ sunt ista: *Omnis
artes huiusmodi, vel negotiorum, vel pœxie su-
perstitionis, ex quadam pestiferâ societate
hominum & demonum, quasi pacta infidelis
& dolosa amicitie, constituta.*] a li. dedu
plici mar-
yr.
b lib. 2. de
doct.
Christia.
ca. 23. ha-
ber. c. il-
lud. v. vlt.
26. q. 2.
c. l. multi.
C. de ma-
lefici. & ma-
hemar.

C

Probatur deinde ex iure ciuili, san-
ctione Imperatoria c: Multi magicis arti-
bus usi elementa turbare, vitam insontium
tabefactare non dubitant, & manib⁹ acci-
tis (sic legendum) audient ventilare, ut
quisquis suos conficiat malis artibus inimi-
cos: hos (quoniam naturæ peregrini sunt) fe-
ratis pestis absunat.]

D

Tertio, id statuitur credendum ar-
ticulis Parisiensis scholæ d in hæc ver-
ba: *Quod mire pactum cum demonibus ta-
citum vel expressum, non sit idolatria vel
species idolatriæ: Error. Et intendimus
esse pactum implicitum in omni obserua-
tione superstitionis, cuius effectus non debet
a Deo vel natura rationabiliter exceptari.*] d artic. 3.

E

Quarto id ratio persuadet. hoc enim
& multi mali homines optant, & dæ-
mō cupid: nec eorum id vires superat.
docet hoc Isaías Propheta e, apud quem
impij dicūt percussum fœdus cū morte
& cum inferno fecimus pactum. quod S.
Thom. satis probabili interpretatione

ec. 28. v. 15